

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Voluntas h
cum fonte primo

Voluntas auersa ab
incommutabili bono et
conuersa ad proprium bonum aut ad
exterius aut ad inferius peccat. Ad
proprium conuertitur cum sue
potestatis uult esse, ad exterius cum
aliorum propria uel quecumque ad se
non pertinent cognoscere studet, ad
inferius cum uoluptatem corporis diligit.

Augustinus libro de libero arbitrio.

Voluntas autem aduersa ab
incommutabili et communi bono et
conuersa ad proprium bonum aut ad
exterius aut ad inferius, peccat. Ad
proprium conuertitur, cum suae
potestatis uult esse, ad exterius, cum
aliorum propria uel quaecumque ad se
non pertinent cognoscere studet, ad
inferius cum uoluptatem corporis diligit.

Augustinus Hipponensis, *De libero
arbitrio*, 2, 19, 53 (CCSL 29, W.M.
Green ed., p.272, ll.59-64).